

## Mostellaria

(Komödie von Plautus, bearbeitet von Simone Karlhuber)

### Die Personen:

Tranio servus, Sklave des Philolaches  
 Grumio servus, Sklave auf einem Gut des Theopropides  
 Philólaches adulescens, Sohn des Theopropides  
 Philematium meretrix, Geliebte des Philolaches, eine Freigelassene, Hetäre  
 Scapha ancilla, Sklavin der Philematium  
 Callidámates adulescens, Freund des Philolaches  
 Sphaerio servus, Sklave des Philolaches  
 Delphium meretrix, Hetäre, Geliebte des Callidamates  
 Theoprópides senex, Vater des Philolaches  
 Misargýrides danista, ein Wucherer  
 Simo senex, ein alter Nachbar des Theopropides  
 Phaniscus et Pinacium servi, Sklaven des Callidamates  
 Servi alii, andere Sklaven

*Straße in Athen. Links das Haus des Theoprópides, rechts das Haus des Simo.  
 Im Vordergrund ein Opferaltar, der zum Haus des Theoprópides gehört.*

### 1. Szene: Tranio, Grumio

*Tranio und Grumio sind Sklaven des Theopropides.  
 Tranio lehnt lässig am Türpfosten, Grumio ist dabei, ihm Vorhaltungen zu machen.*

#### Grumio:

Quid facis, Tranio?! Dum dominus noster in itinere longo est, tu, serve pessime, domum non bene servas! Immo<sup>1</sup> domum atque etiam filium domini perdis<sup>2</sup>.

#### Tranio:

Quid hoc ad te, rustice<sup>3</sup> stupide<sup>4</sup>? Mihi placet bibere<sup>5</sup> et puellas amare. Tu autem nobis vitam urbanam<sup>6</sup> invides<sup>7</sup>! Noli me molestare<sup>8</sup>, revertere ad agros domini nostri!

#### Grumio:

Iam videbis: cum dominus reverterit, summis poenis te puniet.

#### Tranio:

Apage<sup>9</sup> quam celerrime, iam satis te vidi!  
*Geht ins Haus.*

<sup>1</sup> immo = ja vielmehr, ganz im Gegenteil

<sup>2</sup> perdo 3, perdidit, perditum = zugrunde richten

<sup>3</sup> rusticus, -i, m. = Bauerntölpel

<sup>4</sup> stupidus 3 = blöd

<sup>5</sup> bibo 3, bibi = trinken

<sup>6</sup> urbanus 3 = städtisch

<sup>7</sup> invideo 2, -vidi, -visum = neiden, nicht gönnen

<sup>8</sup> molesto 1 = belästigen

<sup>9</sup> apage! = Hau ab!

**Grumio:**

O di immortales, facite, ut dominus senex noster quam primum redeat, priusquam omnia perierunt<sup>1</sup>! Sed ecce filius domini, olim adulescens optimus, nunc plane<sup>2</sup> corruptus<sup>3</sup>.

*Kopfschüttelnd ab.*

---

<sup>1</sup> pereo, -is, -ire, -ii, -itum = zugrunde gehen

<sup>2</sup> plane (Adv.) = völlig

<sup>3</sup> corrumpo 3, corrupe, corruptum = verderben

## 2. Szene: Philolaches

*Philólaches, Sohn des Theopropides.*

### Philólaches:

Diu et multa de vita humana cogitavi. Nunc autem scio. Homo est ut domus: nam architectus domum diligenter aedificat; tum domino eam tradit. Si ille non de ea curat<sup>1</sup>, mox squalida<sup>2</sup> erit, tegulae<sup>3</sup> cadent, tota destruetur<sup>4</sup>. Sic me parentes diligenter educaverunt<sup>5</sup>, legere et scribere didici, litteris Graecis et iuris prudentiae<sup>6</sup> studui. Deinde solus relictus omnis virtutis oblitus sum<sup>7</sup>. Nunc nihil facio quam cum amicis vinum bibere et amori me dedere<sup>8</sup>.

## 3. Szene: Philolaches, Philematium, Scapha

Philolaches (*abseits*), Philematium, Scapha

### Philematium:

O quanto gaudio me aqua frigida lavi<sup>9</sup>!

### Philolaches:

O Venus pulcherrima! (*zum Publikum*) Huius feminae causa domus destructa est.

### Philematium:

Specta, Scapha, num haec vestis me deceat<sup>10</sup>.

### Scapha:

Cur veste te ornas, cum iam natura ornata sis? Non vestem amatores<sup>11</sup> amant, sed id quod in veste est.

### Philolaches:

Quam intelligens est illa Scapha! Amatores bene comprehendit!

### Philematium:

Dic veritatem, Scapha!

---

<sup>1</sup> curo 1 de = sich kümmern um

<sup>2</sup> squalidus 3 = schmutzig, wüst

<sup>3</sup> tegula, -ae, f. = Ziegel

<sup>4</sup> destruo 3, destruxi, destructum = zerstören

<sup>5</sup> educo 1 = erziehen

<sup>6</sup> iuris prudentia = Rechtswissenschaft, Jus

<sup>7</sup> obliviscor 3, oblitus sum (mit Gen. oder Akk.) = vergessen

<sup>8</sup> se dedere (von dedo 3, dedidi, deditum) = sich hingeben

<sup>9</sup> lavo 1, lavi, lautum = waschen

<sup>10</sup> deceo 2, decui (+ Akk.) = zieren, gut stehen

<sup>11</sup> amator, -is, m. = Liebhaber, Liebender

**Scapha:**

Pulchritudo tua tanta est quantus amor, quem Philolaches tibi offert<sup>1</sup>.

**Philolaches:**

(*zornig/verunsichert*)

Sed quid de amore, quem Philematium mihi offert? Cur de hoc non loqueris, Scapha?

**Scapha:**

Non intellego, quomodo puella docta tam stupida esse possit.

**Philematium:**

Quid dicis?! Stupida?

**Scapha:**

Scilicet<sup>2</sup> stupida, quod semper Philolachetem spectas, semper facis, quod ille vult, de ceteris viris non curas. Philolaches hic, Philolaches illic, semper Philolaches! Matronae<sup>3</sup>, non meretricium<sup>4</sup> est unum servire<sup>5</sup> amantem.

**Philolaches:**

Pro Iuppiter, illum anum<sup>6</sup> senilem<sup>7</sup> interficiam.

**Philematium:**

Noli mala mihi suadere<sup>8</sup>, Scapha!

**Scapha:**

Plane stupida et stulta<sup>9</sup> es, quod putas eum semper tibi amicum fore. Moneo ego te: te ille deseret<sup>10</sup> aetatis et satietatis<sup>11</sup> causa – tum sola eris.

**Philematium:**

Non spero.

**Scapha:**

Saepius accidunt, quae non speramus. Me conspice: ego quoque olim amata sum et unum virum solum amavi. Qui me reliquit et deseruit, ubi hoc caput colorem<sup>12</sup> mutavit.

**Philolaches:**

Vix me retineo<sup>13</sup>.

<sup>1</sup> offero, offers, offerre, obtuli, oblatum = (an)bieten, entgegenbringen

<sup>2</sup> scilicet = natürlich, eh klar

<sup>3</sup> matrona, -ae, f. = Ehefrau; matronae (Gen.) est = es gehört sich für eine Ehefrau

<sup>4</sup> meretrix, meretricis, f. = Dirne, Hure

<sup>5</sup> servio 4 = gehorchen, sich hingeben, dienen; *bei Plautus auch mit Akk.*

<sup>6</sup> anus, -us, f. = die Alte (alte Frau)

<sup>7</sup> senilis, -e = senil

<sup>8</sup> suadeo 2, suasi, suasum = raten

<sup>9</sup> stultus 3 = töricht, einfältig, dumm

<sup>10</sup> desero 3, deserui, desertum = verlassen, im Stich lassen, sitzen lassen

<sup>11</sup> satietas, -atis, f. = Überdruß

<sup>12</sup> color, -oris, m. = Farbe

<sup>13</sup> retineo 2, -tinui, -tentum = zurückhalten

**Philematium:**

Ille me pecunia sua liberavit, gratiam ei debeo.

**Philolaches:**

Quam venusta<sup>1</sup> est illa, quam modesta<sup>2</sup>! Nulla pecunia mihi manet, sed bene feci, quod illam liberavi!

**Scapha:**

Inscīta<sup>3</sup> quidem es.

**Philematium:**

Quapropter?

**Scapha:**

Libera es iam. Tu iam habes, quod quaerebas. Sed si illi soli servis, postea maxime dolebis.

**Philolaches:**

Utinam statim morbo<sup>4</sup> auferatur ista scelestas<sup>5</sup>!

**Scapha:**

Amator tuus dies noctesque cum amicis suis bibit, nunc iam nullam pecuniam habet.

**Philematium:**

*(zum Schlag ausholend)*

Desine tandem male de Philoláchete meo loqui!

**Philolaches:**

Video eam toto corde<sup>6</sup> me amare. Quam bene feci!

**Scapha:**

*(achselzuckend)*

Bene, consentio<sup>7</sup>.

**Philematium:**

Da mihi celeriter speculum<sup>8</sup> et ornamenta<sup>9</sup> mea, ut ornata<sup>10</sup> sim, cum adveniet Philolaches voluptas<sup>11</sup> mea.

*(legt etwas Schmuck an)*

---

<sup>1</sup> venustus 3 = reizend, fein, liebenswürdig

<sup>2</sup> modestus 3 = bescheiden

<sup>3</sup> inscītus 3 = ungeschickt, unverständlich

<sup>4</sup> morbus, -i, m. = Krankheit

<sup>5</sup> scelestus 3 = verbrecherisch, verrucht, Verbrecher(in)

<sup>6</sup> cor, cordis, n. = Herz

<sup>7</sup> consentio 4, -sensi, -sensum = einverstanden sein, zustimmen

<sup>8</sup> speculum, -i, n. = Spiegel

<sup>9</sup> ornamentum, -i, n. = Schmuck

<sup>10</sup> orno 1 = schmücken

<sup>11</sup> voluptas, -atis, f. = Lust, Wonne

**Scapha:**

Speculum non tibi necesse est, quod iuventute<sup>1</sup> tua pulchra es!

**Philolaches:**

Hoc lepide<sup>2</sup> dixisti, Scapha!

**Scapha:**

Si colore et odore<sup>3</sup> uteris, amans putabit te vitia tua dissimulare<sup>4</sup>.

**Philolaches:**

Tamen sapientissima est illa Scapha!

**Philematium:**

Sed specta, num satis pulchra sim!

**Philolaches:**

(tritt hervor)

Salvete! Quid hic agitis?

**Philematium:**

Me orno, ut tibi placeam.

**Philolaches:**

Ornata es satis. (zu Scapha:) Abi tu intro<sup>5</sup> atque ornamenta haec aufer!

Sed, mea Philematium, bibere tecum cupio. [Scapha ab.]

**Philematium:**

Ego quoque, mea voluptas. Nam quod tibi placet, mihi quoque placet. Veni, amor!

**Philolaches:**

Venio. Sed nonne est hic meus sodalis<sup>6</sup>, qui huc<sup>7</sup> advenit cum amica sua?

Is est: Callidámates cum amica venit. Salvete!

---

<sup>1</sup> iuventus, -tutis, f. = Jugend

<sup>2</sup> lepidus 3 = nett; geistreich, treffend

<sup>3</sup> odor, -oris, m. = Geruch, Duft

<sup>4</sup> dissimulo 1 = verbergen, verheimlichen

<sup>5</sup> intro (Adv.) = drinnen, hinein

<sup>6</sup> sodalis, -is, m. = Kamerad, Gefährte, Freund, (Tisch)Genosse

<sup>7</sup> huc (Adv.) = hierher

#### 4. Szene: Philolaches, Philematium, Callidamates, Delphium

**Callidamates** (*betrunken*):

Veni, Delphium, ibimus ad Philoláchetem, ut cum amico vero bibamus! Num iam ebrius<sup>1</sup> tibi videor?

**Delphium:**

Semper ebrius es.

**Callidamates:**

Visne me ante omnes te complecti<sup>2</sup>?

**Delphium:**

Si tibi cordi est<sup>3</sup>, licet.

**Callidamates:**

Lepida es. Duc me, quaeso<sup>4</sup>.

**Delphium:**

Cave, ne cadas!

**Callidamates:**

Quo vadimus?

**Delphium:**

Nonne scis?

**Callidamates:**

Iam scio: domum imus ad cenam.  
(*geht in die andere Richtung*)

**Delphium:**

Nonne illuc<sup>5</sup> ire volebas?

**Callidamates:**

Ah, iam recte dixisti, illuc eamus.  
(*an der Tür*) Adestne aliquis?

**Philolaches:**

Adest. (*kommt ihm entgegen*)

**Callidamates:**

Philolaches, salve, amicissime mihi omnium hominum!

---

<sup>1</sup> ebrius 3 = betrunken?

<sup>2</sup> complector 3, complexus sum = umarmen

<sup>3</sup> cordi esse = am Herzen liegen, daran liegen

<sup>4</sup> quaeso = (ich) bitte

<sup>5</sup> illuc (Adv.) = dorthin

**Philolaches:**

Salvus<sup>1</sup> sis, Callidamates, accuba<sup>2</sup>!

**Philematium:**

Tu quoque accuba, Delphium mea.

**Callidamates:**

Dormiam ego iam.

**Philolaches:**

Neque mirum neque novum.

**Delphium:**

Quid ego de hoc faciam postea?

**Philematium:**

Sine<sup>3</sup> eum!

(zu einem Sklaven) Age<sup>4</sup> tu interim, da Delphio et nobis vinum!

## 5. Szene: Tranio, danach Philolaches

**Tranio:**

Iuppiter supremus<sup>5</sup> me et Philolachetem perire cupit. In portu modo<sup>6</sup> dominum nostrum consexi, qui rediit. Tranio moriturus est!

*Läuft zum Haus.*

**Philolaches (kommt ihm entgegen):**

Ecce Tranio, qui apportat<sup>7</sup> prandium<sup>8</sup>!

**Tranio:**

Philolaches!

**Philolaches:**

Quid est?

**Tranio:**

Et ego et tu ...

**Philolaches:**

Quid et ego et tu?

---

<sup>1</sup> salvus 3 = heil, gesund, wohlbehalten; salvus (-a) sis: *Gruß* („mögest du wohlauf sein“)

<sup>2</sup> accubo 1 = sich hinlegen; accuba: leg dich zu mir/uns (auf die Liege = „nimm Platz“)

<sup>3</sup> sino 3, sivi, situm = lassen

<sup>4</sup> age: *verstärkt den Imperativ* („mach schon“)

<sup>5</sup> supremus 3 = höchster

<sup>6</sup> modo = gerade, eben (zeitlich)

<sup>7</sup> apporto 1 = bringen

<sup>8</sup> prandium, -i, n. = Mittagessen

**Tranio:**

Periimus.

**Philolaches:**

Quid ita?

**Tranio:**

Pater adest.

**Philolaches:**

Quid audio?

**Tranio:**

Absumpti sumus<sup>1</sup>! Pater tuus venit.

**Philolaches:**

Ubi est, obsecro<sup>2</sup>?

**Tranio:**

Adest. [*Nun eben da.*]

**Philolaches:**

Quis id dicit? Quis eum vidit?

**Tranio:**

Ego vidi.

**Philolaches:**

Vae<sup>3</sup> mihi! Quid ego ago?

**Tranio:**

Iam video: Nihil agis!

**Philolaches:**

Tu eum vidisti?

**Tranio:**

Ego, ut dixi.

**Philolaches:**

Certe?

**Tranio:**

Certe!

---

<sup>1</sup> absumpti sumus = wir sind verloren, geliefert

<sup>2</sup> obsecro 1 = beschwören; obsecro = ich beschwöre (dich) = (sag) um Himmels willen

<sup>3</sup> vae = weh

**Philolaches:**

Mortuus sum, si vera dicis.

**Tranio:**

Cur non vera dicam?

**6. Szene: Philolaches, Tranio, Delphium, Callidamates**

*Tranio und Philolaches nähern sich der offen stehenden Haustür, neben der Callidamates schläft.*

**Philolaches:**

Quid ego nunc faciam?

**Tranio:**

Impera, ut haec omnia auferant. Quis hic dormit?  
*Die beiden jungen Frauen kommen heraus.*

**Philolaches:**

Callidamates.

**Tranio:**

Excita<sup>1</sup> eum, Delphium.

**Delphium:**

Callidamates, Callidamates, vigila<sup>2</sup>!

**Callidamates:**

Vigilo, da mihi, ut bibam.  
*(Hatte Becher beim Schlafen in der Hand, hält ihn hin)*

**Delphium:**

Vigila! Pater Philoláchetis advenit.

**Callidamates:**

Valeat pater!

**Philolaches:**

Valet ille quidem, atque ego perii. Surge<sup>3</sup>!

**Callidamates:**

Pater tuus venit? Iube eum iterum abire.

**Philolaches:**

Quid ego agam? Pater hic me inveniet ebrium, domum plenam convivarum<sup>1</sup> et mulierum. Quid faciam miser?

---

<sup>1</sup> excito 1 = aufwecken

<sup>2</sup> vigilo 1 = (auf)wachen, wach sein

<sup>3</sup> surgo 3, surrexi, surrectum = aufstehen

**Tranio:**

Ecce autem iterum hic dormit. Surge!

**Philolaches:**

Denique vigilas? Pater meus iam aderit.

**Callidamates:**

Pater? Apportate mihi soleas<sup>2</sup>, iam patrem occidam.  
(*bricht in sich zusammen*)

**Philolaches:**

Perdis rem.

**Delphium:**

Tace!

**Tranio:**

Portate hunc intra domum.

**Philolaches:**

Perii.

**Tranio:**

Habe bonum animum! Ego metum tuum medicabo<sup>3</sup>.

**Philolaches:**

Nullus sum.

**Tranio:**

Taceas. Ego meditor<sup>4</sup>: Estne satis, si faciam, ne pater intret, sed longe a domo fugiat?  
(*Philolaches nickt heftig*)  
Vos abite in domum et omnia auferte celerrime!

**Philolaches:**

Ubi ego ero?

**Tranio:**

Ubi maxime esse vis: cum hac, cum istac eris.

**Delphium:**

Quid si abeamus nos puellae?

---

<sup>1</sup> conviva, -ae, m. = Gast

<sup>2</sup> solea, -ae, f. = Sandale

<sup>3</sup> medico 1 = heilen

<sup>4</sup> meditor 1 = nachdenken

**Tranio:**

Minime! Intra bibite sine scrupulis<sup>1</sup>. Omnes intrate, (*zu Philolaches:*) tu autem iube domum bene claudi. Cavete, ne loquamini: silentium maximum!!!

**Philolaches:**

Bene.

**Tranio:**

Ne respondeatis, si senex appulsabit<sup>2</sup> portam.

**Philolaches:**

Numquid aliud?

**Tranio:**

Clavem<sup>3</sup> iube mihi efferri<sup>4</sup>: domum etiam extra claudam.

**Philolaches:**

In tuam custodélam<sup>5</sup> me trado, Tranio.

## 7. Szene: Tranio, danach Sphaerio

**Tranio (*allein*):**

Nunc prudenter et tranquille<sup>6</sup> agendum est, ut omnia bene eveniant<sup>7</sup>. (*zum auftretenden Sklaven Sphaerio*): Sed quid tu egrederis<sup>8</sup>, Sphaerio? Omnia bene paravistisne?

**Sphaerio:**

Dominus maxime te rogat, ne patrem intrare sinas.

**Tranio:**

Dic ei me patri persuasurum esse, ne domum spectet quidem, sed statim fugiat. Nunc da mihi clavem et abi, ut portam et intra et extra claudamus. (*Sphaerio ab, Tranio sperrt zu.*) (*sich die Hände reibend:*) Nunc autem pater adveniat! Fabulam ei agam<sup>9</sup>. Discedam<sup>10</sup> a porta, ut hinc<sup>11</sup> eum exspectem.

<sup>1</sup> scrupulus, -i, m. = [urspr.: spitzes Steinchen] Skrupel, Bedenken, Besorgnis

<sup>2</sup> (ap)pulso 1 + Akk. = klopfen an

<sup>3</sup> clavis, -is, f. = Schlüssel

<sup>4</sup> effero, -fers, -ferre, extuli, elatum = herausbringen

<sup>5</sup> custodela, -ae, f. = Schutz

<sup>6</sup> tranquillus 3 = ruhig

<sup>7</sup> evenio 4, - eveni, eventum = sich ereignen, ausgehen

<sup>8</sup> egredior M, egressus sum = herauskommen

<sup>9</sup> fabulam agere = Theater (eine Komödie) (vor)spielen

<sup>10</sup> discedo 3, -cessi, -cessum = weggehen, sich entfernen

<sup>11</sup> hinc = von hier (aus)

## 8. Szene: Theopropides, von 2 Sklaven begleitet, Tranio; Stimme

### Theopropides:

Habeo, Neptune, gratiam magnam tibi, quod me semivivum<sup>1</sup> domum misisti. Numquam iterum mari me confidam - neque necesse est: iam habeo, quod volui. (*Geldbeutel*)

### Tranio:

Neptune, cur hanc bonam occasionem amisisti?

### Theopropides:

Ex Aegypto post tres annos revenio. Certe omnes mei de reditu gaudebunt.

### Seine Sklaven klopfen an die Tür.

### Tranio: (*beiseite*)

Magis de morte tua gauderemus.

### Theopropides:

Sed quid hoc? Porta clausa est? (*Sklaven klopfen auf sein Zeichen nochmals.*) Adestne aliquis? Pulsabo ipse. (*klopft*) Aperite<sup>2</sup> mihi!

### Tranio (*tritt herbei*):

Quis homo est, qui portam nostram accedit?

### Theopropides:

Meus servus hic quidem est Tranio.

### Tranio:

O Theopropides, domine, salve, te advenisse gaudeo. Valesne?

### Theopropides:

Ut vides.

### Tranio:

Factum optime.

### Theopropides:

Quid vos? Cur nemo respondet et domum aperit? Iam summis viribus pulsavi.

### Tranio:

Heu! An tu tetigisti hanc domum?!

### Theopropides:

Cur non tangerem? Etiam pulsavi.

---

<sup>1</sup> semivivus 3 = halblebendig

<sup>2</sup> aperio 4, aperui, apertum = öffnen

**Tranio:**

Tetigisti??

**Theopropides:**

Tetigi, dico, et pulsavi.

**Tranio:**

Vae!

**Theopropides:**

Quid est?

**Tranio:**

Male factum, pro Iuppiter!

**Theopropides:**

Quare?

**Tranio:**

Non potest dici, quam malum facinus fecisti.

**Theopropides:**

Quid iam?

**Tranio:**

Fuge, obsecro, atque discede a domo. Fuge huc, ad me, celerrime! Tetigistine portam?

**Theopropides:**

Quomodo pulsavissem, nisi tetigissem?

**Tranio:**

Dei immortales te et omnes tuos occident!

**Theopropides:**

Quam ob rem?

**Tranio:**

Iube illos quoque discedere.

**Theopropides:**

Discedite!

**Tranio:**

Domum ne tangatis! Tangite vos quoque terram, ut salvi sitis!  
(*Er berührt den Boden, Sklaven und Theopropides tun es ihm nach*)

**Theopropides:**

Loquere, cur nihil explicas?

**Tranio:**

Circumspice<sup>1</sup>, num quis nos audiat!

**Theopropides:**

Securum<sup>2</sup> est.

**Tranio:**

Circumspice iterum.

**Theopropides:**

Nemo adest. Loquere!

**Tranio:**

Capitale scelus<sup>3</sup> factum est.

**Theopropides:**

Quid est? Non intellego.

**Tranio:**

Scelus, inquam<sup>4</sup>, factum est iam diu, antiquum et vetus<sup>5</sup>.

**Theopropides:**

Antiquum? Quod scelus? Aut quis id fecit? Dic!

**Tranio:**

Hospes<sup>6</sup> necavit hospitem. Iste, credo, qui hanc domum tibi vendidit<sup>7</sup>.

**Theopropides:**

Necavit?

**Tranio:**

Necavit. Aurum sumpsit et cadaver<sup>8</sup> ibi in domo sepelivit<sup>9</sup>.

**Theopropides:**

Quomodo hoc cognovistis?

**Tranio:**

Ego dicam. Audi. (*bewusst umständlich*) Quadam nocte filius tuus, postquam apud amicum cenavit<sup>10</sup>, rediit domum; deinde dormimus. Tum subito clamat maxime.

---

<sup>1</sup> circumspicio M, -spexi, -spectum = herumschauen

<sup>2</sup> securus 3 = sicher

<sup>3</sup> capitale scelus = Kapitalverbrechen (auf das die Todesstrafe steht; von caput = Kopf)

<sup>4</sup> inquam = sage ich

<sup>5</sup> vetus, veteris = alt

<sup>6</sup> hospes, hospitis, m. = Gastfreund (Gast oder Wirt); Fremder

<sup>7</sup> vendo 3, vendidi, venditum = verkaufen

<sup>8</sup> cadaver, -is, n. = Kadaver, Leiche

<sup>9</sup> sepelio 4, sepelivi, sepultum = begraben

<sup>10</sup> cenare 1 = zu Abend essen

**Theopropides:**

Quis homo? An filius meus?

**Tranio:**

St, tace, audi modo<sup>1</sup>. In somno<sup>2</sup> mortuus quidam eum adiit et dixit: "Haec est domus mea. Hades<sup>3</sup> enim non me accepit, quod necatus sum. Hic, ubi necatus et sepultus sum, manere debeo. Haec domus scelestas est, itaque tu hinc emigra<sup>4</sup>!"

*(Man hört die Tür gehen – quietschen?)*

**Theopropides:**

St, st!

**Tranio:**

*(tut, als ob er es nicht gehört hätte)* Quid factum est?

**Theopropides:**

Porta sonavit<sup>5</sup>.

**Tranio:**

Est illud monstrum, de quo locutus sum. Fugiendum est!

**Stimme aus dem Haus:**

Heus<sup>6</sup>, Tranio!

**Tranio:**

*(theatralisch)* Noli me appellare! Nihil feci, non ego hanc portam pulsavi.

**Theopropides:**

Quid faciam?

**Tranio:**

Cave, ne respicias<sup>7</sup>, et fuge!

**Theopropides:**

*(davonlaufend)* O Hercules, te invoco<sup>8</sup>!

**Tranio:**

Et ego, o Hercules!

---

<sup>1</sup> hier: nur

<sup>2</sup> somnus, -i, m. = Schlaf

<sup>3</sup> Hades, -is, m. = Hades, Gott der Unterwelt

<sup>4</sup> emigro 1 = ausziehen

<sup>5</sup> sono 1 = ein Geräusch machen

<sup>6</sup> heu(s) = he! hallo!

<sup>7</sup> respicio M, respexi, respectum = zurückschauen

<sup>8</sup> invoco 1 = anrufen

## 9. Szene: Danista (Wucherer), Tranio, Theopropides

### Danista:

Nullum annum tam malum vidi quam hunc. Nullum negotium<sup>1</sup> invenio.

### Tranio:

Pecunia nulla mihi manet. Ecce etiam danista<sup>2</sup>, qui nobis argentum dedit. Eum fugare<sup>3</sup> debeo, priusquam senex revenit. (*sieht Theopropides zurückkommen*) Sed iam adest! (*er geht Th. entgegen*) Unde venis?

### Theopropides:

Vidi illum hominem, a quo domum meam emi<sup>4</sup>.

### Tranio:

Et quid dixit? Confitetur<sup>5</sup> se hospitem necavisse?

### Theopropides:

Minime, omnia negat.

### Tranio:

Negat ille scelestus?!

### Danista:

Ecce Tranium, servum Philolachetis, qui mihi pecuniam non reddunt.

(*Tranio will wegschleichen.*)

### Theopropides:

Quo vadis?

### Tranio:

Non abeo. (*beiseite:*) Quam miser sum ego! Sed danistam adire debeo. Salve!

### Danista:

Tu quoque. Quid de pecunia mea?

### Tranio:

Quomodo te habes? Valesne?

### Danista:

Cur pecuniam mihi non datis?

---

<sup>1</sup> negotium, -i, n. = Geschäft

<sup>2</sup> danista, -ae, m. = Wucherer

<sup>3</sup> fugo 1 = vertreiben

<sup>4</sup> emo 3, emi, emptum = kaufen

<sup>5</sup> confiteor 2, confessus sum = zugeben, bekennen

**Tranio:**

Noli clamare.

**Danista:**

Clamo, quod pecuniam meam peto.

**Tranio:**

Abi paululum<sup>1</sup> et reveni ad meridiem.

**Danista:**

Tum argentum obtinebo?

**Tranio:**

Nihil aliud scis quam de pecunia loqui?

**Theopropides:**

De quo argento agitur?

**Tranio:**

Nihil est. Potius<sup>2</sup> paululum, paululum Philolaches huic debet.

**Theopropides:**

Quantum est paululum?

**Tranio:**

Quadraginta<sup>3</sup> minas<sup>4</sup>. Dic illi te pecuniam daturum esse, ita abibit.

**Theopropides:**

Quid de hoc argento factum est?

**Tranio:**

Domum quandam emit filius tuus. (*ist ihm gerade erst eingefallen*)

**Theopropides:**

Domum? Bene: Philolaches iam mercatur<sup>5</sup> ut pater. Domum dixisti?

**Tranio:**

Ita, domum, quia in domo tua monstrum habitat!

**Theopropides:**

(*zum Wucherer:*) Reveni cras<sup>6</sup>, pecuniam obtinebis.

<sup>1</sup> paululum (Verkleinerungsform zu paulum) = ein (klein) wenig, ein bisschen

<sup>2</sup> potius = eher, (oder) vielmehr; *hier*: naja ...

<sup>3</sup> quadraginta = 40

<sup>4</sup> mina, -ae, f.: Gewichts- und Geldeinheit; entspricht in sehr vereinfachter Schätzung etwa 60 Euro

<sup>5</sup> mercor 1 = handeln

<sup>6</sup> cras = morgen

**Danista:**

Optime. (*Geht ab.*)

**Theopropides:**

Ubinam filius domum emit?

**Tranio:**

O di immortales!

**Theopropides:**

Cur non respondes?

**Tranio:**

De nomine illius cogito.

**Theopropides:**

Bene, cogita.

**Tranio:**

De ... de ...de vicino<sup>1</sup> hoc proximo emit domum filius tuus.

**Theopropides:**

Itaque eam spectare volo. Pulsa portam, Tranio!

**Tranio:**

Ecce autem perii. Feminae insunt<sup>2</sup>. Rogare debeo.

**Theopropides:**

Roga, ego te hic exspecto.

**Tranio:**

Di te perdant, senex. Sed ecce: Simo ipse e domo venit. Cogitandum est, quid illi dicam.  
(*geht abseits*)

## 10. Szene: Simo, Tranio, dann Theopropides

**Simo:**

Numquam melius comedi<sup>3</sup> quam hodie. Sed postea uxor me in lectum<sup>4</sup> vocavit. Minime, pro Iuppiter! Nunc scio, cur tam bonum prandium<sup>5</sup> mihi dederit. Clam exii, sed illa me exspectat furiosa<sup>6</sup>.

---

<sup>1</sup> vicinus, -i, m. = Nachbar

<sup>2</sup> insum, -es, -esse, -fui = drinnen sein

<sup>3</sup> comedo 3, comedi = essen

<sup>4</sup> lectus, -i, m. = Bett

<sup>5</sup> prandium, -i, n. = Mittagessen

<sup>6</sup> furiosus 3 = wütend

**Tranio:**

Nihil boni ei sperandum est. Sed nunc scio, quid ei dicam. (*zu Simo*) Di te ament plurimum, Simo.

**Simo:**

Salvus sis, Tranio.

**Tranio:**

Quomodo vales?

**Simo:**

Non male. Sed vos male agitis in domo vestra, vino et cenae vos deditis.

**Tranio:**

Iam non, omnia haec finita sunt.

**Simo:**

Finita?

**Tranio:**

Dominus senex noster rediit. Sed noli ei dicere, quid fecerimus, quaeso. Nunc autem dominus me misit, ut te rogem, num domum tuam spectare liceat.

**Simo:**

Non eam vendo.

**Tranio:**

Hoc scio. Sed dominus pro uxore futura filii gynaeceum<sup>1</sup> et balinea<sup>2</sup> et porticum<sup>3</sup> aedificare vult. Dicunt autem domum tuam optime aedificatam esse, itaque eam exemplum sumere vult.

**Simo:**

Puto domum meam pessime aedificatam, sed si eam spectare vult – licet.

**Tranio:**

Heus Theopropides! Spectare potes, quantum placet. Simo te exspectat. Sed dolet, quod domum vendidit. Noli de hac re loqui!

**Simo:**

Gaudeo te salvum revenisse, Theoprópidēs.

**Theopropides:**

Dei te ament.

---

<sup>1</sup> gynaeceum, -i, n. = Frauenwohnung, -gemach (im inneren Teil des Hauses)

<sup>2</sup> balinea, -orum, n.Pl. = Baderäume

<sup>3</sup> porticus, -us, f. = Säulengang

**Simo:**

Domum videre vis – intra!

**Tranio:**

Videsne hanc porticum pulcherrimam?

**Theopropides:**

Verum est.

**Simo:**

Excusa me, ad forum eo, sed tu domum visita cum servo tuo!  
*Alle ab.*

**11. Szene: Phaniscus, Pinacium, Tranio, Theopropides**

*Phaniscus und Pinacium, Sklaven des Callidamates, vor der Tür*

**Pinacium:**

Hic dominus noster Callidamates esse debet. Pulsemus ad portam! Nemo respondet?!  
*Theopropides und Tranio kommen aus dem Haus des Simo.*

**Tranio:**

Placetne tibi domus?

**Theopropides:**

Ita, pulcherrima est.

**Tranio:**

Itaque bene fecimus, quod argentum a danista sumpsimus?

**Theopropides:**

Bene fecistis, omnia ei hodie reddam. Nunc autem abi ad villam rusticam<sup>1</sup> et filio nuntia me revenisse. Statim huc veniat.

**Tranio:**

Bene. (*zum Publikum*) Nunc per portam posteriorem<sup>2</sup> intrabo et omnia illis referam.

**12. Szene: Phaniscus, Theopropides, Pinacium****Phaniscus:**

Nihil auditur de convivio<sup>3</sup>, ut antea!

**Theopropides:**

Quae illa res est? Quid illi homines quaerunt apud domum meam? Quid volunt? Quid intro spectant?

---

<sup>1</sup> villa rustica = Landhaus

<sup>2</sup> posterior, -is = hintere(r)

<sup>3</sup> convivium, -i, n. = Gelage

**Pinacium:**

Pergam<sup>1</sup> pulsare portam. Tranio, aperi! Callidamatem nostrum quaerimus.

**Theopropides:**

Heu vos, pueri, quid hic agitis? Hic nemo habitat.

**Phaniscus:**

Quid dicis? Dominus noster inest et bibit. Eum quaerimus, ut domum eat.

**Theopropides:**

Puer, nemo hic habitat.

**Phaniscus:**

Philolaches adulescens non hic habitat? Plane erras, pater. Nam postquam pater eius abiit, cottidie amicos ad convivium invitare solet.

**Theopropides:**

Quid dicis?

**Phaniscus:**

Bibunt, amorem faciunt, musicam audiunt ...

**Theopropides:**

Quis hoc facit?

**Phaniscus:**

Philolaches, Theopropidis filius.

**Theopropides:**

Perii, si hoc verum est. Bene cogita, de quo loquaris!

**Phaniscus:**

Ita, de Philolachete loquor, qui Philematium pecunia patris liberavit.

**Theopropides:**

Philematium?

**Phaniscus:**

Ita, triginta<sup>2</sup> minis.

**Theopropides:**

Quid? Et tunc domum vicinam emit?

**Phaniscus:**

Hoc non dico. De domo vicina nihil scio.

---

<sup>1</sup> pergo 3, perrexi, perrectum = fortsetzen, weiter(hin) machen

<sup>2</sup> triginta = 30

**Theopropides:**

Ille patrem suum occidit!

**Phaniscus:**

Et cum illo iste pessimus servus Tranio. Mehercle patris miseret<sup>1</sup> ... si hoc sciret!  
*Pinacium klopft wieder – ohne Erfolg – die zwei ziehen ab.*

**13. Szene: Theopropides, Simo****Theopropides:**

Tot itinera feci, sed nunc: ubi sum??

Ah, ecce Simo. Quid agis tu?

**Simo:**

Domum eo ad cenam, sed te non invito.

**Theopropides:**

Minime. Sed dic mihi: filio meo domum tuam vendidisti?

**Simo:**

Quid somnias<sup>2</sup>?

**Theopropides:**

Filius meus domum tuam emit, nonne? Hoc dixit Tranio.

**Simo:**

Mihi quidem Tranio dixit aliud: te domum meam exemplum videre velle, ut eam in aedificando imiteris<sup>3</sup>.

**Theopropides:**

Vae mihi, perii! (*Die Luft bleibt ihm weg.*) Loqui non possum.

**Simo:**

Numquid Tranio turbavit<sup>4</sup>?

**Theopropides:**

(*besinnt sich*) Veni mecum, quaeso, ut servi tui mihi auxilio veniant. Omnia tibi narrabo.

**Simo:**

Fiat.

*Beide ab in Simos Haus.*

---

<sup>1</sup> Mehercle patris miseret = Mir tut der Vater leid.

<sup>2</sup> somnio 1 = träumen

<sup>3</sup> imitor 1 = nachmachen, nachbilden

<sup>4</sup> turbo 1 = durcheinander bringen, Verwirrung stiften, etwas anstellen

## 14. Szene: Tranio, Theopropides, Sklaven des Simo

### Tranio:

Amicos liberavi, sed postea illi me amiserunt<sup>1</sup>. Nunc maxime timendum est, ne senex iam omnia intellexerit. Ah, ecce illum! (*versteckt sich*)

### Theopropides

*Zu den Sklaven:*

Manete hic post portam. Cum vos vocavero, statim accedite et illum malum comprehendite.

### Tranio:

Ita est. Omnia intellexit. Nunc prudenter agendum est.

### Theopropides:

Nunc prudenter agendum est, nam non statim eum accusabo.

### Tranio:

Salve, Theopropides.

### Theopropides:

Tranio, salve. Quid agis?

### Tranio:

Philolaches iam venit. Mox aderit.

### Theopropides:

Tranio, vicinus noster homo pessimus est.

### Tranio:

Quidum<sup>2</sup>?

*Er nähert sich schrittweise dem Altar.*

### Theopropides:

Negat se domum vendidisse.

### Tranio:

Non tibi credo.

### Theopropides:

Servos suos mihi mittit, ut eos interrogem.

### Tranio:

Ad tribunal<sup>3</sup> vocandus est.

*Läuft zum Altar.*

---

<sup>1</sup> amitto 3, -misi, -misum = wegschicken

<sup>2</sup> quidum = wie das? inwiefern?

<sup>3</sup> tribúnal, tribunális, n. = Gericht

**Theopropides:**

Servos vocabo.

**Tranio:**

Certe, voca.

*Springt auf den Altar.*

**Theopropides:**

Quid facis?

**Tranio:**

Occupo aram<sup>1</sup>, ne servi huc fugiant.

**Theopropides:**

Surge!

**Tranio:**

Minime!

**Theopropides:**

(*zornig*) Me fefellisti<sup>2</sup>, pessime! Nam omnia facinora vestra cognovi.

**Tranio:**

Specta! Ecce amicum filii, Callidamatem! Illo praesente<sup>3</sup> mecum agas.

### 15. Szene: Callidamates, Theopropides, Tranio; später Philolaches, Philematium, Delphium

**Callidamates:**

Cum satis dormivi, Philolaches mihi dixit patrem revenisse. Sed eum salutare non audet.

Amici me miserunt, ut pacem peterem. Atque ecce eum, optime!

Salve, Theopropides, gaudeo te revenisse. Visne in domo mea hodie cenare?

**Theopropides:**

Callidamates, dei te ament. De cena ago gratiam.

**Callidamates**

(*zu Tranio*) Quid tu in ara facis?

**Tranio:**

Ille me terret.

(*zu Theopropides*) Nunc dicas, cuius rei me accuses.

---

<sup>1</sup> ara, -ae, f. = Altar

<sup>2</sup> fallo 3, fefelli, deceptum = täuschen

<sup>3</sup> praesens, -ntis = anwesend

**Theopropides:**

Filium meum corrupisti.

**Tranio:**

Puellam liberavit, argentum a danista sumpsit, argentum consumpsit – numquid aliud fecit nisi quod faciunt optimis familiis nati?

**Theopropides:**

Cavendum mihi est, nam callidus<sup>1</sup> es.

**Callidamates:**

Sine me iudicare, quaeso.

**Theopropides:**

Fiat.

**Callidamates:**

Ego amicus optimus filii tui sum, ut scis. Eum pudet<sup>2</sup> te adire, sed ego te obsecro: ignosce<sup>3</sup> stultitiae<sup>4</sup> et adolescentiae<sup>5</sup> eius. Partem pecuniae ego dabo.

**Theopropides**

*(halb versöhnt)* Pudetne eum?

**Callidamates:**

Pudet. Sed ecce eum!

*Philolaches kommt und schiebt Philematium vor sich her. Sie fällt auf die Knie und umfasst die Knie des Vaters, der von ihr entzückt ist.*

**Theopropides:**

*(verunsichert)* Surge, puella.

**Philematium:**

Ignosce nobis, pater optime.

**Theopropides:**

Hanc liberavisti, mi fili?

**Philolaches:**

Ita, hanc liberavi, mi pater. Ignosce mihi.

**Theopropides:**

Mi fili, optime egisti. *(umarmt ihn)* Statim architectum<sup>6</sup> vocate, ut gynaeceum uxori tuae aedificet!

---

<sup>1</sup> callidus 3 = schlau

<sup>2</sup> eum pudet = er schämt sich, traut sich nicht

<sup>3</sup> ignosco 3, ignovi, ignotum = verzeihen

<sup>4</sup> stultitia, -ae, f. = Dummheit

<sup>5</sup> adolescentia = Jugend

<sup>6</sup> architectus, -i, m. = Architekt, Baumeister

**Tranio:**

Sed quid de me?

**Theopropides:**

Necabo te sine dubio!

**Tranio:**

Etiam si me pudet?

**Theopropides:**

Te necabimus, pessime!

**Callidamates:**

Ei quoque ignosce, te obsecro.

**Theopropides:**

Sine me, nimis<sup>1</sup> malus est.

**Callidamates:**

Quaeso, ignosce!

*Delphium kommt dazu.*

**alle:**

Quaesumus, ignosce!

**Tranio:**

Noli curare<sup>2</sup>, domine, iam cras aliud facinus committam, quod punire poteris.

**Callidamates:**

Exoro<sup>3</sup> te.

**Alle:**

Exoramus te.

**Theopropides:**

Age<sup>4</sup> abi, abi impūne<sup>5</sup>! (*Tranio kniet vor ihm.*) Et huic habe gratiam! –  
*Tranio kniet vor Callidamates.*

**Theopropides:**

Spectatores<sup>6</sup>, fabula est acta, domum ite, sed antea applaúдите<sup>7</sup>!

---

<sup>1</sup> nimis = (all)zu

<sup>2</sup> noli curare! = mach dir keine Sorgen, tu dir nichts an

<sup>3</sup> exoro 1 = anflehen

<sup>4</sup> age: *Verstärkung des Imperativs, ungefähr*: na los, ... schon!

<sup>5</sup> impūne = ohne Strafe

<sup>6</sup> spectator, -is, m. = Zuschauer

<sup>7</sup> applaudo 3, applausi, -sum = applaudieren, Beifall klatschen